



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ratione disputandi, prae||sertim in re Theologica,
Pe=||tri Mosellani Protege[n]sis or[ati]o.||**

**Mosellanus, Petrus
Luther, Martin**

[Leipzig], 1519

VD16 S 2174

urn:nbn:de:hbz:466:1-32415



positiones de indulgentiis
 Decretum de penitentia
 Resolutioes Disputationum de indulgentiis
 Ein Cerimon von dem Ablass
 Verlegung & Fugels binden den Ablass
 Ein fechtbar Sainctis mochten
 Siluester prioratus con. rath. v. d. Martin
 Responsio Martini ad dialogum Siluestri
 Responsio Siluestri
 Acta Martini Augusti
 Disputatio Etkij & pro. v. d. Martin
 Disputatio & responsio Martini con. rath. d. Etkij
 Oratio de peccatis
 De rana disputatio oratio de peccatis
 Praefatio Epistolae ad Romanos & alia. p. d. b. d.
 Resolutio sup. hoc de peccatis pape
 Alia resolutio de eand. p. d. b. d.
 Resolutioes sup. hoc de peccatis
 Oratio Io. longij pp. rath. d. b. d.
 Disputatio prima Etkij & Siluestri de vaba
 ad vaba p. notandos
 Disputatio secunda eorundem
 Disputatio tertia eorundem
 Epistola philippi Melanctoni de eand. dispu.
 Excursus Etkij con. rath. philippi
 Defensio philippi con. rath.
 Concertatio Guericij & Callarij
 Epistola Emperij in Aegreoribus
 Ad Egereoribus Emperianu. v. d. b. d.
 De venatione lutheriana

Solomonis doctoris Wittenbergensis
Johannis cocceus Nully Wittenbergensis &
Academ. Lipsiae & alia quidam
Contra malignum Jo. Eckii Auditorium
Ad Jo. Eckium Epistolam Martini super expungendo Ecclesia
Appellatio Martini Lutheri
Appellatio pauperum

Liber primus opusculorum Martini Lutheri

Th. 6116

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz, Spz. Katalog 328.

Syncerissimo amico Othoni a Pack, equestris ordinis viro iureconsulto, Petrus Mosellanus Protegensis S.D.

SCis humanissime Otho, vt illustrissimus patriæ huius princeps, & Mecœnas noster, Georgius nobis, præscripto etiam in hoc argumento, negotium dederit scribendæ orationis, quam in frequentissimo hoc eruditorum hominum conuentu, eius nomine puer, qui & morum innocentia, & habitu referret Theologum, pronunciatet. Nec ignoras, quibus ex causis hoc consiliũ sit immutatum. Nam prudentissimus princeps: partim a te coram, & meis absentis literis, partim etiam ipsius orationis (totam enim te recitante recognouit) prolixitate admonitus, fieri non posse, vt a quantumuis felicitis indolis puero, cum auditorum fruge pronunciatetur: vehementer voluit, vt tu eandem, pro ratione decori non nihil immutatam, pronunciatam susciperes. Siue, quia ei negotio magis quàm alius quispiam, par esse videbaris: siue quod nemo alius, tanto cum decore hanc personam gereret, quanto tu qui & patria, & equestris ordinis dignitate, ad tanti herois fastigium altius & propius asurgis. Itaque, pro tua modestia verecunde aliquamdiu reluctatus, tandem principis voluntati cessisti, & conditionem accepisti. Sed humanarum rerum inconstantia, & hoc irritum fecit. Et enim, cum bonam orationis partem, in memoriæ thesaurum iam reposuisses, ac dicendi tempus biduo tantum abesset, graue adeo valetudinis periculum tibi accidit, vt nihil minus permitterent Medici, quàm malum ipsum vocis contentione augere. Quo factum est,

A ij

vt quemadmodum scribendi, sic & pronunciandi munus, a principe nobis iniūgeretur. Tametsi iam ante alio nos benignissimus heros destinarat. Pronunciauimus ergo, non, vt in tanta principum corona decuit, sed vt per laterum infirmitatem, perq̄ vocis tenuitatem licuit. Porro, quia nonnulla laboris huius pars tibi debetur, volui & quicquid est hic nostrum, sub tuo nomine publicare. Ac, nequid fallam lectorem, principis nostri prudentissimi est argumentum, mea tractatio, tuus vero: iucundissima Otho: ediscendi labor, & procurandæ rei sollicitudo. Bene vale. Lipsiæ, Tertio Kal. Iulias, Anno Millesimo quingentesimo decimonono.

De ratione disputandi, præsertim in re theologica, Pe. Mosell, Protegensis Oratio.



Non optarim mihi: illustrissimi principis, vosq̄ cæteri viri ornatiss, q̄t̄ quor & cuiuscunq̄ ordinis in hoc confesso intueor: vt me in oratiōis huius ingressu trepidantem, vestro fauore animetis: aut in iuuenilis dictionis admirationem aureis arrigatis (Neq̄ enim eiusmodi rebus fretus, huc conscendi) Sed, vt cum silentio & assensu, ex hac iuuenili persona loquentem audiatis, illustrissimum pariter & sapientissimum principem Georgium, Saxoniae ducem, magnum Prouintiae Tyringiae præsidem, Mysiae deniq̄ Marchionem, inelytæ huius Academiae nostræ munificentissimum Mecoenatem, ac tutorem, Heroem seculorum memoria dignum. Cuius principatum armis ac viris munitum, artibus egregijs instructum, Christianis morib⁹ excultum breuiter, modis omnibus florentiss, ad extrema mundi huius perituri

tempora conseruet, tueaturq; principum omnium
princeps deus, solus vere optimus, solus vere maxi-
mus. E cuius nutu omnis pendet potestas siue ea sit
in cœlo, vbi citra bellorū tumultus regnum perpe-
tua concordia stabilitur. Siue in hoc mundo, qui:
quoniā in maligno positus est: ab archetypo suo cœ-
lestis reipub, imagine subinde deflectit, & per hoc
mortalium genus varijs inuoluit calamitatibus.
Quod malum a nobis, atq; hac nostra repub. tum
ciuili, tum literaria propulsare, pro sua virili sata-
gens, patriæ nostræ pater & princeps, nihil non ten-
tat, nihil non facit & quod dicitur, lapidem omnē
mouet. Et cū sua inter sit, quid quo mō, vel publice,
vel priuatim in ditione sua agatur, hanc mihi dedit
prouintiam, vt celsitudinis suæ nomine, vos: qui ad
disceptationis huius publicum certamen conuenis-
stis: non docerem (quando ipsi estis doctissimi) sed
tantū monerem, non quibus argumentis aduersa-
rium quisq; suum, adori amini: sed quantam mode-
stiam præstare deceat, in negotio sacro Theologos
insignes qui aliena ditione, sub alieni principis um-
bra, de mansuetissima Christi Ihesu, agni patientissi-
mi doctrina, veritatis inueniendæ studio, publicū
susceperint certamen. Idq; non sine magna magno-
rum etiam inuidia. Quancp̄ aut̄ hæc ætas est imbe-
cillior, doctrina iuuenilior, infantia impeditior, quā
vt tanti Herois personam cum decoro gerere suffi-
ciam, spero tñ fore, vt per meam simplicitatem pru-
dentissimi principis authoritati, vel nihil, vel parū
admodum detrahatur. Immo, quo simplicior no-
bis fuerit oratio, eo & apertius principis sententiā
declarabit, & ad veritatem propius accedet. Siquis
dem: meo iudicio: rectius & verius multo loquitur

Paul, ad Rhod
ma, xij.

Ioan, epi, l, cap
ultimo.

Buripi. in Phœnissis. apud Tragicum Polinices. Simplicem esse
 In Hecuba. veritatis orationem, nec varijs interpretum ambas-
 Horat. in arte. gib⁹ egere. quam, apud eundem poetam, in alia fas-
 Seneca. bula tragicatur Hecuba. Personæ dignitatem,
 Matth. xvij. vel iniquo sermone facere fidem. Certe, apud ple-
 Li. Reg. i. beios auditores: qui non tam sensum ipsum, quam
 Ioan. i. inanem sesquipedalium verborum strepitum cap-
 Lucæ. ij. tant, quicq; negotij agendi apparatus plus æquo mi-
 rantur, fortasse locum habet, quod hic dicit Hecuba.
 Verū prudentis est interim, non quis dicat, sed
 quid dicatur attendere. & non omnino vanū putare
 illud. Sæpe etiam est holitor valde opportuna lo-
 cutus. Quorsum aut attinet in re sacra prophanis
 argumentis diutius contendere? cum in euangelicis
 literis ad regnū cœlorum, hoc est, Christianismum;
 quæ vera est theologia: negetur aditus ei, qui nō re-
 puerefcatur & ætatis huius simplicitatem ipsa vita, ip-
 sis moribus exprimat? Samuel etiam num puer, nō
 solū in domo domini versatur, sed & in prophetarū
 numerū diuinæ vocis suffragio eligitur & iuuenib⁹
 nobis: si neq; ex sanguinibus, neq; ex voluntate viri,
 neq; ex voluntate carnis, sed ex deo deiq; promif-
 sione nascamur: magnarū, & (vt sic dicam) senilium
 rerū tractatus negabitur? Quin & Christus ipse:
 id quod obiter, sed tamē opportune in mentē venit,
 qui totā vitæ suæ rationem, nobis exēplo esse vol-
 luit: hanc ætatem, non vt vulgus ludicris impendit,
 verū, vix duodecim natus annos, præ diuinæ sapi-
 entię studio, parentum suorū affectibus neglectis,
 ipsum tēplum, æternæ sapientię domiciliū, ingre-
 ditur. Ibiq; inter sapientię professores, compositis
 affectibus, sedens iam alios mansuete interrogat,
 iam ipse interrogatus, candide respondet. Hoc

nimirū factō docens, nullam hominis verē Christi-
 ani aetatem, a Theologia tractatu omnino abhor-
 rere. Immo, sacrum illū spiritum vnicū veræ sapien-
 tiæ doctorem, nusquā æque sese oblectare, aut numen
 suū præsentius declarare, quam in simpliciū homi-
 nū animis, quos nullæ peruersæ doctrinæ opinio-
 nes occuparint, nulla peccatorum labes conspur-
 carit. Neque enim salutaris scientiæ dator deus, an-
 nos numerat, sed animos inspicit. Neque capitis ca-
 nitie, sed animi gaudet munditie. Iam, si quis est in-
 eptus eloquentiæ admirator, qui a simplici iuvene
 de simplicissimo doctrinæ genere, in grauissimorū
 hominū corona differente, inanes verborū pictu-
 ras, captatosque sententiarū flores expectat, Is ea-
 dem opera, in summo brumæ frigore rosas, sum-
 mo caniculæ æstu niues, sibi spargi postulet, Mihi
 de simplicissima Christi philosophia, simpliciter
 quoque loquendū videtur. Optimus enim est apud
 Christianos orator, qui barbarissimi & soloecismi
 fordibus caret, quique summā orationis virtutem,
 in summa ponit perspicuitate. Cætera relinquam
 illis, qui nescio quibus verborū technis instructi
 dentissime profitentur. Sed quo miser delabor? In-
 stitutum erat, optimi principis iussa vobis exponere.
 & ipse mei oblitus, in personæ decoro tuendo bonā
 clepsydre partem consumpsi. Ut uel hinc appareat
 quod de facili puerorū obliuione scripsit Aristote-
 les, & ad iuuenes pertinere. Ne quis putet aetatem
 hanc omni vacare culpa. Quare, si quid offendi, aeta-
 tis huius imprudentiæ condonari velim. Hoc erro-
 re doctus, deinceps quod sum iussus, cautiùs exe-
 quar. Ac primū quidem vobis cogitandū propo-

Gell, cap, quo-
 dam, & Bass
 li.

De memor.
 & reminisc.

no, viri clarissimi, partis vtriusq; duces • a quibus
inijt, ad quantæ disceptionis periculū peruenerit:
tis e quibus quasi angulis, in quātæ celebritatis the-
atrū progressi sitis • a qua scintilla, ad quantam con-
tentionis flammā res vobis exarserit. Neq; em̄ in-
geniorū vestrōrum acies, integris adhuc viribus
ferocientes, in dubiū pugnæ euentum concurrent:
sed eminus iam aliquoties stylo: quasi quodam teli
genere: commissa, & quid vtrinq; spei sit expertæ:
cominus tandem de rerum summa decertabunt. Pa-
rata, seu professionis suæ fines, iustis scripturæ rati-
onibus tutari: seu aduersario victori professioe cæ-
dere, & in scripturarū tractatu palinodiam canere.
Tentata est res, nudis primū conclusiōibus: mirū,
quā breui temporis spacio, per Germaniā • immo,
totū pene Christianū orbem dispersis: Deinde, in-
uectiuis, & apologijs coeptum est agi. Mox: vbi his
modis nihil transigebatur, nisi quod hinc librarijs
quæstuosum factū est negotium: vtriusq; ducis cō-
sensu, ad publicæ disputationis arma cōclamatum
est: visa est inclyta hæc studiorū sedes satis idonea,
in qua, veluti quodā campo, extremæ disputatio-
nis pugna instrueretur. Adeunt partes, illustriss-
mū hunc nostrū principem Georgiū, flagitātes, ne
rei in cōmune concordia cōmodum instituta, locū
neget. Facile a clemētissimo Heroe est impetratū.
Hic dies pugne conductus. Adsunt duarū: vt vocāt:
vniuersitatū Ingolstadiēsis ac Vuittenbergen, facie-
le principes, Ioannes Eckius, & Andreas Carolo-
stadius, belli ipsi duces viri, tum scientia, tum dig-
nitate eminentissimi, militibus quisq; suis stipati.
Adest summæ cōditionis iuuenis clarissimus, Po-
meranicarū ditionū princeps Bernimus, & hoc tē-

pore Vuittenbergēsis scholæ rector, vere magnificus. Adfunt ducalis aule nostræ proceres homines, cū generis claritudine, tum prudētiæ magnitudine cōspicui. qui principem nostrū illustris. Georgiū absentem, sua præsentia corā referunt. Adest quoq; inclyte huius nostræ Academiæ Rector dignissimus. Videtis & generosissimæ stirpis adolescentem Georgiū Anhalti, principem nostræ huius disciplinæ alumnū, haud quāq; pœnitendū. Adfunt & Erphurdienſis Academiæ proceres viri, nō tm̄ dignitate ac vitæ religione insignes, sed et singularis eruditionis gloria celebres. Adfunt & aliunde homines eruditissimi, titulis quisq; suis clari. Quos oēs, rarū adeo cōgressus huius spectaculū, e longinquo aduocauit. Adest & schola nostra vniuersa. Theologi, præter eruditiōis grauitatem, & canitię venerabiles, prudētissimi iureperiti, medici perspicacissimi. Philosophi naturæ interpretes. Adest præterea ingens studiosorū iuuenū multitudo. Adest grauissimus huius ciuitatis senat⁹. Breuiter, oēs omniū oculi in vos sunt cōuersi. Cōsidēt omnes expectabundi, vtrorsum fortunæ pugna sit inclinata. Tātorū principū, tantorū procerū, tot grauisſimorū pariter & doctissimorū hoīm, tot senū, tot iuuenū expectationi, vt satisficiatis vna tantum, & ea quidē simplex, superest ratio. Nempe, vt pro rei dignitate, proq; nostro decore cœptū negotiū tractetis. Hoc aut̄ facietis, si accurate expenderitis. Primum, quid sit illud, quod disputare vocat vulgus. De ^{Propositio.} inde, quid in re Theologica hoc est, de deo, deq; rebus diuinis disputare. & quatenus hoc, tum ipsa honesti ratio suadeat, tum sanctissimorū hoīm exēpla permittant. Neq; em̄: vt disputatorū vulgus sentire

B

Disputare qd.

videmus: recte disputas, si ad ingenii ostentationem
quacunq; calumniandi ansa arrepta, fortiter cla-
mas: si syllogismis arte cōtortis, simplicem aduer-
sarium illaqueas: si prae ira subsultas: si pertinacia vin-
cere studes: & mutui odij signa ostendis (Quae vti-
nam in Christianorū scholis locū nō haberent) sed
si solo discēdi ardore, tua cum alienis expendenda
cōferas: & tuo ipsius ingenio diffusus, alienā senten-
tiam mansuete expectes, ac candide intelligas: intel-
lectā, si tolerabilis sit, si verisimilis, gestienter am-
plectaris, & quasi de lucro gaudeas: malisq; tuā ip-
sius tarditatē agnoscere, quā veritatis facere iactus-
ram. Sin fuerit ineptior, quā vt habita circūstantia
rū ratione, vera videri possit: ratione aperta refel-
las, & errore doceas: idq; citra stomachū, citra odi-
osam tui iactationē, citra cōuitiū ita, vt nusq; vlla se-
pdat cōtumelia suspitio, vbiq; aut mutue charitatis
reuerētia seruetur. Qui nō hoc anio ad disputandū
venit, nō philosophus, sed φιλονεικος: nō disputator,
sed rixator: nō veritatis indagator, sed erroris ac di-
scordiarū est propagator. Quod si modestā hanc
& amicā disceptādi rationem, laudamus & in ethni-
cis: si inter hos aliqui suo exemplo prae stiterūt: quā
quæso vos, optimi viri, fuerit pudēdum, quā etiam
periculosum, eandem desyderari in Christiana pro-
fessione, quæ tota modestiæ: quasi fundamēto: in-
nixa, per omnes virtutū gradus, ad mutue charita-
tis fastigiū adsurgit: Fortasse in vulgo: quod a per-
fectione lōgissime abesse solet: nō ita multum in cō-
mune nocuerit, hæc rixādi libido. At, quod hoc ma-
lū, in Theologos Christiani & regis duces proserpe-
re videmus, haud scio an aliquo piaculo lūi possit.
Si sal nobis fuerit inspidū, in quo miseri cōtra vitia

Math. v.

orum putredinē saliemur? Si lucernę nostrę fuerint
tenebrę, quis in huius mūdi caligine titubantib?
pręlucebit? Dei natura: circa quā om̄is occupatur
theologia: ita intra latissimas suas angustias est cō-
tracta, ita sese ab om̄i humani intellectus luce, in te-
nebrarū suarū latibulum subduxit, vt nulla sit: ne
angelici quidem ingenij: acies tanta, quę eam, ita
vt est, perspicere possit. Vt recte dixerit ille, vere dic-
tus theologus, fieri nō posse, vt quis deum deiq; na-
turā exprimat, in multo minus verbis, et intellectu af-
sequatur. Paulus apostolorum princeps: quem or-
ganū sibi elegit Christus, quicq; ad tertij cęli arcana
meruit admitti: cum in mysteriorū explicatiōe hę-
reret, nō quod sibi tum forsan in mētem venit, teme-
re definiuit: sed humanam fragilitatem pariter & in-
explicabilem negotij difficultatem agnoscēs, excla-
mat. O profunditatem diuitiarū & sapiētia & cog-
nitōis dei, Quā inscrutabilia sunt iudicia ei?, & imp-
uestigabiles vię eius? Quis em̄ cognouit mentem
domini? aut quis ei fuit a consilijs? Et nos miseri in-
digni, qui tanti Apostoli calciamentorum corrigias
cōtingamus, nihil nō audemus, nihil nō fortiter de-
cernimus: citius agello paterno, immo hac vitā,
quā opiniōe semel cōcepta, cessuri. Dicit aliquis
Moyſes cum deo de facie ad faciem familiariter cō-
fabulatur. Fateor, sed solus, sed septimo demū die
cum iam a labore, quem edomādis affectibus per
sex dies totos impēdit, requieuiſſet. Nectamē qcq;
tot dierum ^{hoc dicitur} profecisset, nisi deus ex inuisibili
li claritatis suę tabernaculo, quod sibi posuit aſſi-
simū, in humanę rationis mōtam, nebulosum tñ,
sese demisisset. Quatenus aut̄ hoc colloquio profes-
cit: Nempe hactenus, vt dei tantum posteriora:

B ij

Reg. ij. ca. xxij

Grego, Nazian, li. ij. theologia.

Acto. ix.
Ad Corint. ij.
cap. xij.

Ad Rom. xi.

Exodi. xix.
xxiiij. xxxij.

In psal. xcij.

fortasse magnificentissimam diuinitatis gloriā, in mi-
rifica mundi huius structura relucētē: vidisse sese
glorietur. Cum interim Aaron: quāq; sacris profec-
tus: & cæteri electi populi seniores, eminus tantū di-
uinæ vocis sonū exaudirēt. Turba autē, quæ nondū
affectuū tyrānidem exuisset, procul a mōtis radice,
hoc est diuinæ sapiētie cōtactu arceretur, *ΟΥ ΥΧΡ ΠΑΝ*
ΤΟΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΘΕΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΕΙΝ ait Gregorius. Non res
est adeo vilis, vt ab hīs qui humi reptant, & veluti pe-
cora ventri obediūt, tractari dignetur. Eos tm̄ oscu-
lo suo dignatur, eos tm̄ in hortum suum conclusum
admittit, hæc disciplinarū oīm regina theologia, vir-
go tota pulchra, nec vlla humani erroris labe cōta-
miata: q̄ e multis milib⁹ electi, mystici illi⁹ amatoris
exēplo, ante corporis sui, spiritui semp̄ repugnātis
pedes, ab omni vitiosorū affectuū sorde, castitatis,
& simplicitatis lacte lauerint: quorūq; caput cœles-
tis gratiæ rore, noctu, per animæ quietē fuerit irri-
gatū. Quod si Paulo apostolo tam insigni, si Moy-
si vnico populi fidelis duci, per summā animi tran-
quillitatem, diuinæ sapiētiae vestigia adorare ma-
gis, quā cernere: mirari potius quā explicare licuit:
quā arbitrāmur sese a nobis submouere genuinā
scripturæ intelligētiam, cum animis vtrinq; turba-
tis, & clamore confuso omnia permiscētes, quasi
pro aris ac focis inuicem digladiamur: Nemo pru-
dens, nemo modestus homuntio ad illud adest con-
uiuū, in quo Thracū more, quod ait Flaccus, natis
in vsum leticiæ scyphis, in mutua vulnera pugnat:
& nos pacificum illum Christi Ihesu spiritum, ad
eam disputationem descendere arbitramur, quæ
captionum sophisticarum tela lætali furore tinctā,
vtrinq; iaculetur: Neq; vero hæc sic accipi velim,

Li, Theo. i,

In Cantids,

In Odis:

quasi disputandi consuetudine publicitus recepta,
omnino interdiciam aut putem non aliquādo cum
fruge etiā in re theologica posse disceptari. Sed: vt
si quando ex ingenij humani fragilitate incidant
eiusmodi dissidia: meminerimus semper in his re-
bus esse modum, esse certos fines, quos ultra ci-
traque nequeat theologici decori ratio subsistere.
Nam: si quid Paulo credimus, in Christianismo fa-
ctioes esse oportet. Siue, quia suum cuique iudicium
Siue, vt ex hac collatione euidentius appareat, quo-
rum sententia, ad viuificum illum spiritum propius
accedat. Disputandum enim est omnino, sed hac fi-
ne: ne si cum Christianis agamus christiani, ineffa-
bilis trinitatis statum, & ipsa fidei capita theologi-
cæ professionis fundamenta, in publicæ dubitatio-
nis aleam trahamus. Sin cum his, qui Christi phi-
losophiam non agnoscunt, ita temperetur nego-
tium, vt non tam eloquentiæ illecebris, ac differen-
di artificio, quam vitæ exemplo pariter, & miracu-
lorum claritudine persuadere, studeamus. Vtriusque
rationis cum plurima habeamus exempla, in
præsentia tamen satis erit, pauca quædam præ-
cæteris insignia, e scripturarum quasi prato, de-
cerptere. Paulus Apostolus (vt de posteriore di-
cimus prius) Corinthios ethnicos adhuc & græ-
cancæ philosophiæ armis instructos, aggressus
est, non persuasorijs humanæ sapientiæ verbis,
sed ostensione spiritus, ac dei potentia. vt Chri-
stianæ fidei structura non hominum sapientia,
sed dei niteretur potentia. His syllogismis, non
ex Aristotelis organo depræptis, gentium doc-
tor, tot nationum barbaras superstiones, atque adeo
ipsas disciplinarū inuētrices Athenas cōfutaui, & ad

B ij

Ad Chor. i. xi.

Ad Corinth. xvi. iij.

Codice de sum-
ma de trinitate &c.
Ite Nazia, li. i.

Ad Corinth. cap. ij.

Ad Corint. I.
cap. xi.

Christi fidem pertraxit. Hæc militiæ nostræ sunt arma, non carnalia, sed potētia deo, quibus impiorum consilia demoliamur & oēm molem que attolitur cōtra cognitionem dei, & captiuam ducamus oēm aduersariorū ratiocinationē, ad obediendum

Ad Titum. liij.

Christo. Siquidem oē scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad doctrinā, utilis ad redargutionē, utilis ad correctionē, utilis ad institutionē qua homo dei, ad omne opus pium instrui queat. Neq; em̄ vnq; mihi placuit eorū sententia, qui ad cōuincendos infideliū errores, plus pene valere putāt inanes philosophorū argutias, quā efficacē euangelicæ do-

Apud Paulū
ad Corinth. I.
cap. I.

ctrinæ simplicitatem. Cum: præterq; quod propheticus spiritus minatur, sese sapientiā sapientum perditurū, & prudentum prudentiā reprobaturū: nihil humanis rationibus altruatur, quod nō eisdem & destrui possit. Atqui æternæ sapientiæ decretis, innocētissimæ vitæ suffragio cōfirmatis, qua tandem frōte diutius resistere audebit aliquis? Vis hoc, aliqua antiquioris theologiæ imagine, manifesti? ad-

Deutro. ca. vij.

umbrari? Populus Israheliticus cōtra septem illos uitiorū populos Chananeos, Cetheos, Amorreos, Pherezeos, Gergezeos, Eueos, Iebuseos pugnam init. Sed age quo duce? Num Pharaōe aliquo ægyptiacæ sapiētiae principē? Minime. Quo ergo? Certe Mose, hoc est omnipotentis dei lege. Attū, ne sic quidem victor abiret nisi spiritualis intelligentiæ auxiliū manibus in cælum sublatis, diuinitus impetrasset. Quas simul atq; in terram demisit Moses, vincebatyr Israel. Neq; em̄ arcana scripturæ sensus, ad humanos affectus est detorquēdus. Sed ab ipso bonarū rerū omniū fonte spiritus sancto, pñs: votis ex-

1 Reg. ca. xvij.

petēdus. Pugnavit & David puer cōtra alienige-

nam, humani roboris viribus ferocientē Golia d,
verū reiectis primū superbientis Sauli armis, huma
na manu fabrefactis. Quibus antea frustra induit,
grauari se magis q̄ iuuari sensit. Deinde, quinq; las
pillos e mysticæ scripturæ torrente petit, quibus ho
stem: frontem eius grauitē feriēdo: tandē proster
nit. Atq; vtinā eiūsmodi moti exemplis, & nos ho
die diuinæ sapientiæ armis tantū fideremus: vt præ
his plerāq; humanæ philosophiæ rationes, nō mag
ni penderemus: aut saltem nō imodice adeo in rem
theologicā inueheremus. Cum pleriq;: haud scio an
non recte existimēt: ex hac curiositate, quasi segete
pullulascere quæstiones omnes ac λογμαχιασ, circa
quas factiosi insaniunt, quasq; Paulus toties mo net
fugiēdas. Quid aut, inquires, nō ethnici ethnicorū
quoq; rationibus sunt reuincēdi, & suo veluti gla
dio iugulādi? Nō Basilus ethnicos & ipse legit, &
alijs legēdos præcipit: Præcipit omnino sed idē Ar
rianæ factionis turbulentissimas turbas μαθημασι
τοσ ε ωθεν acceptas refert. Et Hieronymus quidem
ethnicorū scriptorum curam, & ipse pene dixerim
immodice habuit, & alijs in epistola ad oratorem
Magnū pmittit. At idē philosophos hæreticorū pa
triarcho pulchre vocatos testat et Pelagiani erro
ris nō alios p̄dicat authores, vt vel ex hac diuersitate
apparet, quā sit periculo plenū, in externarū disci
plinarū rationibus adhibēdis, modum nō seruare.
Mihi post Paulū, quem in quouis theologiæ tracta
tu exemplū satis idoneum habemus, in hoc genere
græci circūspectius synceriusq; versari videntur.
In primis Origenes, Basilus, Gregorius, Athana
sius & Chrysofostomus. Neq; em̄ latini, præsertim re
gentiores, adamatæ captiuæ capillos perinde abra

Ad Thimo. ca
pi. vi. epistola
i. & ad Titū.

In opere de le
gendis genti
liū authoribꝫ.

Libro. i. con
Arrianos

In epistola ad

Deute, ca. xxi.

Ad Galatas
cap. ij.

In vtriusq;
episto.

Grego, in
epita.
In libris con-
tra Arrianos.

dūt, vnguesq; resecāt, vt nō inter reginā sapiētiae per-
dissequas, p̄ alienigena queat agnosci. Quod si in
alterutrū omīno sit peccandum, malim equidē nas-
scētis ecclesiae theologorū exemplo, euāgelicā doc-
trinā simplicitate contētus, externarū disciplinarū
subsidio carere, quā vltra iusti tractatus septa trans-
filiens, in paganisimi suspitionē cadere. Sed iam qua
ratione infideles Christianis sint oppugnādi, ex dic-
tis vtcunq; apparet. Nunc, quid in Christianorum
inter se diffidijs seruari oporteat, aliquot similiter ex
emplis ostēdem⁹. Principio Petrus & Paulus eius-
dem religionis principes, diuersa senserunt. Sed tm̄
in ceremoniarū obseruatione sed modeste adeo &
amice, vt post liberam illā obiurgationē: qua Pau-
lus sese Petro in faciē restitisse testatur: nulla simul-
tas sequeretur, nulla cōmissi erroris tragœdia pub-
lico spectaculo æderetur. Quæ res ansam etiā præ-
buit Augustino cōtra Hieronymū sentiēdi. Sed quā
nō ferina rabie, alter in alterū, exarserint (etiā si inge-
nium vtriusq; esset ferox, alteri iuuenili quadā auda-
cia, quā etiam episcopalis autoritas comprobabat,
alteri naturali ardore & integritatis cōscientia) indi-
tio sunt vtrinq; scriptæ epistolæ mutæ charitatis,
& reuerentiæ testes plenissimæ. Quarū beneficio
cum alter alteri innotuisset (neq; em̄ se inuicē de facie
vnq; cognorūt) cōtentione omīssa, cōmune ecclesiae
negotiū magno consensu cœperunt promouere. Iā
vero: vt de græcis nō nihil attingamus: Gregorius
& Basilius duo oriētalis ecclesiae lumina, diuersa ta-
met si rarissime sentiētes, magno studio amicitiam
suam, quāq; alterius morte interpellatam, coluerūt.
Quā aut placide, quam etiam amanter seditiosissis-
mos illos Arriani dogmatis tutores, ab errore per-

nitiolo adeo reuocare conantur: nunc fratris nomi-
ne eos dignātes, nunc candide ostendētes, quo mo-
do per externæ philosophiæ, quasi gradus, in tanti
erroris barathrū sensim sint delapsi. quæq; via ad
veritatis cōfessionem, minore negotio queant redi-
re. Et ne nostri seculi fœlicitati parum videar gras-
tus, superioribus annis magnus ille literarum prin-
ceps Erasmus, & Iacobus Faber Stapulēsis in psal-
morū expositione adeo dissenserūt, vt nominatim
alter alterum impeteret. Sed quam Christiane ab
Erasmo respondeatur, nescit nemo, qui modo ad
mirabilē eius apologiam legerit. Nam homo cor-
datissimus in eas angustias detrusus, vt, vel impie-
tatis crimen esset agnoscēdum, vel cum magni no-
minis amico publice in arenam descendēdū, obieci-
tis maluit respondere, quā tot hominum milibus
male de se suspicandi occasionem relinquere. Sed
ea religione rem temperat, vt dum crimen partim
refellit, partim excusat, & vicissim aliqua in aduers-
sario coactus subnotat, nullo tamē verbo hominis
existimationem lædat, aut sese fraternæ charitatis
immemorem declaret. Quo minus laudandus es-
set Faber, si tantū beneficium nō agnoscens, bellum
iteraret. Quod eum pro singulari eius, cum erudi-
tione, tum pietate minime cōmissurū, cōstanter cre-
dimus. Hæc vos moueant exēpla. Ad tantorū hos-
minum imitationē, vestram hanc pugnam compo-
nite. In hoc fitis toti, nō vt alter alterum rixoso cla-
more opprimat, vt inscitæ infamia notabilem red-
dat. vt parva utcunq; victoria, vulgi applausum do-
mum referat. vt postremo apud suos triumphet.
sed, vt suas ratiocinationes ex arcana scripturæ sa-
crario depromptas, placide cōmittat. Nomen al-

C

Eccle. vii.

Iean. xvi.

Math. v.

Luce. xv.

Ad Rho. iij.

ter alterius cōseruare studeat ac deniq̄, vel veritas suffragio aduersariū ab errore vindicet, vel veritati ostensā docilē se præbeat. Alioqui, si in rixam vobis res abit, quid adeo interest inter theologū disputatorē, & animæ prodigū gladiatorem. Nisi, qđ hic de vita periclitatur. Ille pro vanissima nominis gloria, vaniore clamore decertat? Immo, audimus vulgo aliquos eo temeritatis labi, vt vel ad incendiū periculū vsq̄, nugas suas sese defensuros p̄tinacissimē iactēt cū eius rei exēplū haud scio an quisq̄ laudare prudēs possit. Certe nec præscripserūt theologorū duces Apostoli, nec veteris theologiæ proceres, siue græci, siue latini eiusmodi aliquid sunt secuti. Nam quod plarīq̄ horū pro Christo, proq̄ euāgelij fide ceruicē in p̄is carnificū manibus porrexerunt, nō arbitror ad theatricos hos dissidētū Christianorum cōgressus quicq̄ pertinere. Quid autē nostris cōflictationibus, modo sanæ sint, expectamus aliud, quā vt iuxta charitatis regulam, mutuo nos inuē? Quid in hoc genere vincere est aliud, quā fratē ab errore, qui sub veritatis imagine sæpe sese nobis ingerit, reuocare? & accēsam a deo animi lucernam, nō sub modio, sed super candelabrū, vt luceat oībus, q̄ in domo dei sunt, ponere? Quid autē vinci, nisi ab errore, in quē nostra nos duxit fragilitas, in veritatis viā redire, & errantē quasi ouem e luporū faucibus ereptā, in æterni pastoris caulas reportari? Vt magis pene in votis esse debeat vinci, quā vincere. Nimirū, quod qui vincit, nō suum, sed dei donū alijs impertit (Quid em̄ habemus, qđ nō acceperimus?) Cōtra, q̄ vincitur, veritatis lucē, quę illuminat oēm hoīem venientē in hunc mundū, accipit, & per hoc seipso redditur melior. Magnificētū

quidē est docere alios, sed doceri vtilius. Porro, erro-
rorē agnoscere tam nō est pudendū cuiq̄, vt hinc bo-
nā sapientiæ partē pendere putent sapientes. Quid
em̄ est aliud cognoscere seipsum (quod verbū e cœ-
lo descēdisse credebat antiquitas) quā suam ipsius
fragilitatē nō ignorare, & compertū habere οτι τοι
εν μεγαλοισι κακον αμαθοντε τετυκται? præsertim cū
nemo omnino mortalium sit ab hoc casu immunis.
Immo, quo quisq̄ plus sapere sibi videtur, eo graui-
orū errorū Labyrinthis implicatur. In multis em̄,
inquit, Iacobus offendimus oēs. Qui in verbo nō
offendit, hic perfectus est vir. Solus deus verax est. Psal. i
Omnis autem homo mendax. Socrates certe ethni-
cus apud Platonem laudatur, quod disputando In Gorg.
vinci, quam alios vincere maluit, & nos Christia-
ni sanctæ humilitatis professores, grandem nomi-
nis iacturam facere nos arbitramur, si quando
aliena ope ad veritatis frugem perducamur? Rur-
sum Chrysippi volumina, propterea, quod sophis-
ticam ingenij ostentationē referrent, publico Athe-
nienium decreto sunt exusta. & adhuc aliquis huius
modi σωφισται quam laudatam Socratis modestiā imitari
mauult? Agite ergo viri theologi, in re theologica,
theologice q̄q̄ versemini. Sancte q̄ sancta sunt trac-
tate. Memētote uos sub dei cuncta cernētis obtutu,
in hāc palestrā descēdere, & vniuersum cœlestis rei
pub. cœtū huius cōgressus esse spectatōrē. Cogita-
te, quo loco, quibus arbitris, q̄bus testibus, quanta
totius orbis Chriani expectatōe hanc pugnam ineatis.
Oīa sūmā poscūt modestiā, grauissimū grauissimū
Herois nr̄i mādātū, reuertētia his principib. debita,
tot aulæ pceres, tot diuersarū Academiārum docto-
res, tot senes, tot iuuenes. Brevit, totius orbis iudiciū.

C ij

quibus omnib. nihil potest accidere gratius, quam
vt hæc pugna pacis, & Christianæ concordia sit
initium. Nihil ingratius, quã vt vestrae pertinaciae
vitio e disputatione videatur facta temulentorum
hominum compositio. Quod si quibus paulo se-
uerius egisse videor, boni consulant, precor. Neq̃
enim quod mihi, sed quod clementissimo principi,
visum est, Dixi.

Erasmus Roterdamus Pe- tro Mosellano .

E Ampridem ex primis illis tuis ad me lites
ris: mi Petre: ingenium tuum adamare cœ-
pi, quod mihi tum sanum ac festiuum esse
videbatur. Nam ingenijs huiusmodi sem-
per vnice sum delectatus. offendit em̃ in nōnullis no-
stratiū immane quiddam, plus habens spiritus q̃
iudicij. Verum hunc amorem auxit posterior epis-
tola, priorem tum eruditione, tum elegantia super-
rans. Cæterum simulatq̃ legissem orationem illam
tuam, qua linguis patrocinaris, aduersus eos qui
ad bene dicendum elingues, ad obtrectandum melio-
ribus studijs linguacissimi sunt, tãtam spem de tuo
ingenio concepi, vt vix de quoq̃ alio parem. Adeo
viuit oratio, adeo fluit, secumq̃ rapit lectorē, solidis
argumētis referta, in quibus inueniēdis es acutus,
in tractandis item egregium præstas artificem. ser-
mo multam variãq̃ respicit lectionem, quod in iu-
uene magis etiam mirandum. Quod scribis istic
feruere pugnam inter meliores literaturę professo-

res, & veteris inscitiae patronos, nihil miror, cum
ubi sic ferueat, ut prorsus res, vel ex conspiratio-
ne, vel fato quodam geri videatur. Astrologos ali-
quot consului, huius artis professione claros. In ma-
li causam, in anni superioris Eclipsim referunt. ea
contigit, ni fallor in ariete. Aries autem ad caput perti-
net. Ad haec Mercurius vitatus est afflatu Saturni.
Proinde, malum hoc potissimum illos afficere, qui
Mercurio subsunt, inter quos nominant Louanis
enses. Siquidem haec Academia, in qua tranquillis-
sime solent florere literarum studia, miris tumultis
bus agitata est, ut ego certe nihil unquam simile vi-
derim in vita. Dixisses Aten quamquam turbare stu-
diosorum negotium. Caeterum, quid diuinent Astrolo-
gi, ipsi viderint. Ego, si quid mihi naris est, arbitror
rem a coniuratis ac deuotis ex composito geri. A deo
cei dato signo clamatum est ubique gentium in linguas
ac bonas literas. Conglomerant se phalanges, quo-
rum vel numero defendantur aduersus paucos. Partis
untur operas inter se, ut alij blaterent in conuiujs &
conuiliabulis. Alij apud impertitam plebem vocife-
rantur, cui imponere facillimum est. Alij disputant in
scholis. Alij magnatibus suum virus instillant in aus-
rem. Sunt & qui libros scripserunt, praesertim Co-
loniae, quae schola habuit semper pertinacissimos
malarum literarum propugnatores. Exiit nuper in vul-
gus, & apud nos dialogus Iacobi Latomi Theolo-
gi, viri pridem nec admodum iniqui melioribus li-
teris, & amici satis candidi. Nec satis coniectare queo
quae res hominis ingenium subito verterit. Sunt qui
suspiciuntur, bonam partem prioris libri, oppositam
orationi tuae, qua linguas praedicas. Sed multo maxi-
mam partem oblique tortam in me. Eam suspicio

nem a me depulsi, libello bidui labore effuso verius
q̄ scripto. Pigebat em̄ in huiusmodi nenijs, multū
operę collocare. Nec tibi sum futurus autor, vt ho
mini respondeas. Aut si quid respondes, argumen
tis rem potius agas, q̄ conuitijs, præsertim cum
ille temperarit a nominibus, nec admodum virulē
rescribat. Quod si maxime faceret, tamen sua serim
calamo moderari, vt posteritas intelligat nos non
tantū causa, verū etiam modestia fuisse superiores.
Olim furor tributus est poetis. Nunc is videtur ad
eos demigrasse, quos maxime decebat ^{σοφροσυνη}.
Quāq̄ immane, quantū interest inter poetarū &
horum furorem. Illa nobis tot egregios libros de
dit, de reb. olim gestis, de morib. de affecti. de sydes
rib. de naturis herbarū, arborum, gemmarum, ani
mantium, de situ lororum. Ab horum furore præ
ter virulentas, sed frigidas & inutiles Sycophāti
as nihil nascitur, in quibus istis tota victorie spes est si
ta. Qua quidem in re primas tenent monachorum
greges quidam. Quorū cum tantus sit numerus,
vt ab his vel Turca profigari possit, habent missa
rios complures, huic præclaro negotio destinatos,
vt ob ambulantes fœdos rumores spargant, aut in
concionib. populum ad lapides prouocent. Hi quo
ties extulerunt Erasimum. Quoties vanis. rumo
rib. impetuerunt. Et cum huiusmodi factis sibi vi
dentur Christianæ religionis columina. digni nimi
rū, quos otiosos suo sumptu mundus alat. Quāq̄
nolim hac inuidia grauari monachorum ordines,
in quib. optimo cuiq̄ non probantur ista. Verum
vbicq̄ improbissimi quicq̄ tyrannidem sibi vendi
cant. Per hos videlicet res geritur, velut oīm nomi
ne. Itaq̄ fit, vt ob paucorū maliciā, male audiāt vni

uerſi. Atq; hic nō ſolū deſydero Chriſtianā mentē
in his, qui peculiariter ſibi vendicāt religionis glo-
riā. Verū etiā frontē, ac prudētiam deſydero. Etenī
cū ſpargunt manifefiſſima mēdacia, facile diuinare
poſſunt fore, vt p̄tinus ipſa re coarguātur. Quid
em̄ impudētius iſto monacho, de quo ſcribis in ora-
tione tua, qui ex eo quod annotaram, συλλαλοντες
rectius verti cōfabulantes, nō verit̄ ſit apud popu-
lū affirmare, mihi literas euāgelicas nihil aliud eſſe
q̄ fabulas aniles. Cū vbiq; tm̄ tribuā euangelicis lis-
teris, vt quidā id nō ſatis æquo animo ferāt. O diu-
næ doctrinæ præconē. O linguam p̄dicandæ gloriæ
Chriſti cōſecratā. Hæc cū ſibi permittant, indignā-
tur, ac cœlū terris miſcent, ſi quis verbo perſtrin-
gat quorundam monachorū cærimonias, etiam cī-
tra nominis iniuriam. Cūq; tam impotens odium
præ ſe ferant, ut lymphati videri poſſint ſe tamen iu-
dicāt idoneos, quorum calculis Chriſtiani ſimus
aut ſecus. Fuit & hic quidam eiufdem farinae Theo-
logus, antehac habitus ſobrius, qui cum Lutherij
cauſam apud populum feciſſet, quā poterat odioſiſ-
ſimā, hæreſes & antichriſtos, & periculū fidei Chri-
ſtianæ ſubinde vociferās, negotiū linguarū, ac poli-
tioris literaturæ, cū illius negotio cōmiſcuit. dictis-
tans, ex his fontib⁹ hæreſes naſci. quaſi eloquentia
fuiſſet olim hæreticorū magis q̄ orthodoxorū, vel
nuper qui fuerint hæreſeos autōres, iſdē non fuerint
infantes, & elingues. breuiter iſtis ſimillimi, vel qua-
ſi Lutherius hiſce præſidijs inſtruct⁹ eſſet. ac nō ma-
gis ſcholasticis literis. his inq; quæ nūc ſcholasticæ
vocāt. Cū p̄xime Cæſar eſſet Antuerpię, Reuerēdiſ-
ſim⁹ Cardinalis Sedunēſis, hō doct⁹, liberiq; iudicij
me vocarat ad prædiū. Huic, vt ex ei⁹ colloquio didici

Theologi nescio, qui persuaserāt, mendaciū omniū
impudentis. me in Cantico diuæ Mariæ, cuius ini-
tium est Magnificat anima, pro Abraham & semina
ni eius, mutasse & seminibus eius, non absq̃ ingenti
periculo Christianæ fidei, quod Paulus scripserit,
non in seminibus, sed in semine tuo, quod est Chris-
tus. Erat alter quidam κηρυκτης, qui lamentabili
voce deplorauit apud populū tot vigilias, p̃ tuēda
fide Christi susceptas, inanes ac steriles esse, Quid
superest nobis, inquit, nisi vt nostros libros conijci
amus in ignem. Posteaq̃ extiterunt, qui nouis li-
bris, & Pater noster corrigāt, & Magnificat. Tum
em̃ recens exierant annotationes meæ in nouum te-
stamentū. Ipse quendam audiui Carmelitam, homi-
nem bonis laterib⁹, ac titulo pileoq̃ violaceo Theo-
logiæ doctorem. Is cum sentiret adesse me: stabam
em̃ e regione: ex peccatis tribus in spiritū sanctum
duo mihi impegit, præsumptionem, qui nouis li-
bris damnarē omnes veteres: adeo, vt non dubi-
tarem, & orationem dominicam emendare, & Ma-
riæ canticum. Tum impugnationem agnitæ veri-
tatis, quod auditis eodem die duobus concionatoris
bus in cœna dixissem, neutrū satis intellexisse suum
thema. Erat autem ex prioris epistolæ Petri, capite
iij. Estote prudentes, & vigilate in orationibus. An-
te omnia autem in vobismetipsis charitatem conti-
nuam habentes. Hic bona concionis pars cōsump-
ta est in partibus prudentiæ, cum græce sit σωφρονι-
σας τε bona in vobismetipsis, de ordine charitatis.
Nec tamen insectatus sum illorum errorem: Sed
laudata vtriusq̃ concione vtrinam inquam, hoc ac-
cessisset. Nam quinq̃ verbis ex annotationibus
meis poterant ab hoc errore prohiberi. Nec tamē

leue flagitiū est, eū qui apud populū cū tanta docet
autoritate, nō intelligere basim toti⁹ o⁹ ois. hūc meū
sermonē, cū doctor ille, ex nescio quo cognouisset,
saperiūero inqt apd' vos cōcionat⁹ sū, & Ch^{ro} fauē
te cōcionabor. Verū, si qs dicat cōcionatorē nō itel
ligere Thema cōcionis p⁹sertim, cū id sumpserit ex
sacris literis is peccat aduersus spiritum sanctū. Ad
hærebat lateri meo Petrus Aegidius, mire cādidus
amicus, is ira disrumpi. Ego risum tenere non po
tui. Quis em̄ tam ridicula nō rideat? Et tamen isti
putant æquum, vt ob vnum talem rabulam, ingens
monachorū grex alatur ex publico. Cum primum
prodisset in lucem nouū testamentū a me restitūtū,
Carmelita quidā Theologus vociferabatur, ingēs
iminere discrimen Christianæ religioni, instare ad
uentū antichristi. Nam huiusmodi tragœdijs, irris
tant supersticiosam plebeculā. Vbi ventū est in col
loquiū mutuum, & hominē rogarem vrgeremq⁹,
proferret, quid offenderet in nouo testamento. Res
pondit satis ingenue, sibi codicem, neq⁹ lectū, neq⁹
conspētū fuisse. Idq⁹ fere comperio, nullos odiosi⁹
clamitare, q̄ qui nostra non legunt. Nuper Syco
phanta quispiam: qui sibi non modo theologus, ve
rum etiam sanctulus videtur: in literis ad amicum,
me: qui tantis vigilijs, & restituere sum conatus, &
illustrare lectionē ecclesiasticā: vocat calumniatorē
ecclesiasticæ lectionis, se defensorem. Ac proximis
hisce dieb⁹, alius quispiam, loquacissima balbutie:
qui cum loqui nesciret, tacere tamen non posset: ve
lut in hoc cōductus, diuersis opid⁹, miro studio me
as laudes deprecatur, nō solū doctrinā incessens,
sed & vitam, miris sycophantijs. Forte euenit, vt in
idem conuiuiū incideremus. Cum pridem amicus

D

quidam fabulæ partem ad me perscripisset. Expositulo palam, doctis aliquot testibus profero mendacia, quibus me traduxerat. Ibi satis testatus est homo, quæ prædicarat, non e sua lectione, sed ex aliorum relatu prædicasse. Et perinde, quasi mediocre scelus sit, alienam famam mendacis incesse, audent cum huiusmodi factis, ad sacrosanctam Christi mensam accedere, nondum reconciliato, quem leserunt. Adeo iuxta Tychomi dictum, quod volumus sanctum est nobis. Ac prorsus nouum calumniandi genus. Primum damnant, quem oderunt. Deinde venantur, quod carpant in eo, quod damnarunt. Quod si quis obsistat, aut reclamet illorum sycophantis, tum clamitant, turbare pacem & tranquillitatem. perinde, quasi si quem a lapidis cedas, iubeas conquietesce, ne quid tumultus oriatur. Horum tenera maiestas, & verbo etiam irritabilis, a nobis plusquam Socraticam exigit patientiam & tam vilem habent aliorum famam, qui suam tam charam haberi volunt. Sed næ ego ineptus mi Petre, qui de his tam multa. Finem faciam, si unquam adhuc fabulam addidero. Anglia duas habet Academias, haud quam inceslebres, Cantabrigiam & Oxoniam. in utraque traduntur græcæ literæ. Sed in Cantabrigia tranquille, quod eius scholæ princeps sit R. P. Ioannes Phischerius Episcopus Rossensis, non eruditione tantum, sed & vita theologica. Verum Oxoniæ, cum iuuenis quidam non vulgariter doctus, satis feliciter græca profiteretur, barbarus quispiam in populari concione, magnis & atrocibus conuiciis debacchari cœpit in græcas literas. At rex, ut non indoctus ipse, ita bonis literis fauens, qui tum forte in principio erat, re per Morum & Paceum cognita, dea

nunciauit, vt volentes, ac lubentes græcanicam literaturā amplecterent. Ita rabulis illis impositū silentiū. Atq; vtinā nobis talis q̄spiā princeps esset, aut principis vice lōgi⁹ em̄ nolter a nobis est. Vos feliciores, si modo vera sunt, quæ ante complures annos mihi sunt de duce Georgio prædicata. Accipe & alteram huic similem fabellam. Theologus quidam, cum in aula concionaretur apud eundem regem, cœpit in græcas literas, & novos interptes nō minus impudenter, q̄ stolide debacchari. Pateus in regem coniecit oculos, obseruans, quo vultu hoc audiret. Is mox Pateo suauiter arrisit: peracta concione iussus est adesse theologus. Datum est Moro negotium, vt aduersus hunc tueretur græcas literas. Rex ei disputationi voluit interesse, vbi cū Morus multa facundissime dixisset, iamq; theologo responso expectaretur, is flexis poplitibus nihil aliud, q̄ veniam deprecatus est. Sic tamen extenuans admisum, vt diceret, se inter concionandum spiritu q̄dā afflatum, hoc in linguam græcam effudisse. tum rex, atqui: inquit: Spiritus iste non erat Christi, sed stulticiæ. Deinde rogat, num quid legisset Erasmicum. Neque em̄ latuit regem, qd̄ in me torserat quēdā. Negat legisse. At isto, inqt, argumento declaras te palā esse fatuum, q̄ damnes, quod non legeris. Sub hæc theologus legi, inquit, rem quandā, quæ vocatur Moria. Hic Pateus interloquēs, Hoc ait argumētum serenissime rex, huic maxime congruit. Deniq; cōmentus est theologus, & aliud enthymema, quo leniret factum. Græcis, inquit, literis non perinde sum infensus, quod originem habeant ex lingua hebraica. Rex admiratus insignem hominis stulticiam, iussit abire, sed hac

D ij

lege, ne vnq̄ rediret, in aula concionaturus. Nō mihi tempero, quin & illud admodum ridiculum addam. Episcopus quidam ordinis prædicatorū, qui reginæ est a cōfessionibus, sceminæ cum primis prudenti ac piæ, nec indoctæ, persuaserat me facinus in excusabile designasse, qui Hieronymi libros correxerim, viri doctissimi, atq̄ etiā sancti. Ea persuasa, sic expostulat, cū aulico quodam, mihi amico. Nonne, inquit, Hieronymus fuit vir eruditissim⁹? Fuit. Nonne in cœlis agit? agit. Quid tum postea? Quo igitur colore defendes tuum Erasmus, qui libros illius correxerit? An plus sapit ille q̄ Hieronymus? Atq̄ eadem hic prædicant serio, qui sibi videntur ecclesiæ columina. Tales habemus aduersarios. Tales habet Christi religio defensores. Nihil potest esse stupidius, nihil insulsius. Et tamen huiusmodi calumnijs, apud indoctam plebem, ac stultas mulierculas, traducimur. Sed nugarū iam satis est. Porro, quod serius respondeo tuis literis, quiduis potius suspiceris in causa fuisse, q̄ tui neglectum. Obruor cotidie literarum fasciculis. Si non respondeo, videor inhumanus. Sin respondeo, triplex incommodum capio. Primum, nec his satisfacio quibus, vt est necesse, respondeo quicquid in buccam venit. Deinde, huiusmodi tumultuaria scriptione, stilū per se satis malum, reddo deteriorem. Postremo, famæ detrimētum facio. Ridiculum aut̄, malle ab Italo petere, quod domi habeas. Sic vulgus existimat optimum medicum, qui se fingat Arabem aut̄ Indum, e locorum interuallo, famam aucupans apud stultos. Sed ab hoc affectu conuenit eruditos q̄ longissime abesse. Quisquis callet bonas literas, is nobis Italus esse debet. Mihi posthac non est cōsi-

liū. cū hoc hoim gñe man⁹ cōserere. Iā veteran⁹ sum,
ac missiōe dign⁹, & cursu defessus vobis iuuenib⁹ lā
pada trado. Vel sine me cōtinget ^{ΕΠΙΝΙΚΙΟΝ}, si mō per-
ges q̄ cœpisti. Bene vale, Louanij. Anno. M. D. xix.
x. Kal. Maias.

Erasmus Rote: D. Martino Luthero
S. P. Frater in Ch̄o charissime, Ep̄la tua mihi fuit
gratis. & ingenij arguciam p̄ se ferēs, & aīm spirās
Christianū. Nullo fermōe cōseq̄ queā, q̄s tragœdis
as hic excitarint tui libelli. Ne adhuc qdē ex animis
illoꝝ euelli pōt, falsif. suspicio q̄ putāt, tuas lucubra-
tiones meis auxilijs esse scriptas. meq̄ hui⁹ factio-
nis: vt vocāt: vexilliferū esse. Existimabā t̄ sibi datā
ansam, qua, vt bonas literas opprimerēt: quas capi-
taliter oderunt, velut offecturas maiestati theolo-
gicæ: quā multo pluris faciūt q̄ Christū, simulq̄ me:
quem arbitrant̄ ad excitāda studia, nō nihil asferre
momēti. Tota res vociferatōibus est ācta, temerita-
te, strophis, obrectatōibus, sycophātiis. vt ni p̄sens
hæc spectassem, imo sensissem, nulli vnq̄ authori
fuerim creditur⁹, sic insanire theologos pestē fata-
lē esse diceres. Et tū hui⁹ malivir⁹ a paucis ortū, in plu-
res serpsit. adeo, vt magna pars hui⁹ Academię non
infrequētis, hui⁹ morbi cōtagio lymphata ferretur.
Testat⁹ sum, te mihi ignotif. esse, libros tuos nōdū
esse lectos. Proinde, nec ip̄probare qcq̄, nec p̄bare
tū admonui, ne libris tuis nōdū lectis, ad populum
tam odiose vociferarēt. id ipsorū referre, quorū ius-
diciū oporteret esse grauis. Quin & illud p̄pende-
rēt, an expediret ea traduci apud plebē p̄miscuā, q̄
rectius libris editis refellerētur, aut inter eruditos
disputarētur. p̄sertim, cū vno ore vita authoris p̄dis-

D ij

caretur, nihil profectū est. hucusq; infaniūt, obliq;
īmo famosis suis disputationib. Quoties inter nos
de pace cōuenit? Quoties illi ex temere cōcepta su-
spiciūcula, nouos tumult⁹ excitarūt? Et ii theologi
sibi videntur. Theologi sunt hic aulicis inuisi. qd⁹
ipsum mihi q; imputāt. Episcopos oēs habeo mi-
hi fauētis. libris nihil fidūt, in solis sycophātiis, vic-
toriae spes illis sita est. eas contēno recti cōsciētia fre-
tus. In te reddunt aliquāto mitiores. Meū calamū tū
mēt, sibi male cōsci. Quos ego sane suis pingerem
colorib, vt digni sunt, nisi me Christi, tum doctrina
tum exēplū alio vocarēt. immanes fere mansuescūt
officijs. isti benefactis efferant. Habes in Anglia qui
de tuis scriptis optime sentiant. & sunt n̄ maximi.
Sūt & hic, quorū est Episcopus Leodiēsis, qui tuis
fauet. Ego me qd licet integrū seruo. Quo magis
prosim bonis literis reflorescētib⁹. Et mihi videtur
plus p̄fici ciuili modestia, quā impetu. Sic Christ⁹
orbē in suā ditionē p̄duxit. Sic Paulus iudaicā legē
abrogauit, oīa trahēs ad allegoriā. Magis expedit
clamare in eos, q̄ p̄tificū autoritate abutunt, quā
in ipsos p̄tifices. idē de regib⁹ faciendū cēseo. Scho-
lā nō tā aspernāda sunt, quā ad studia mag⁹ sobria
reuocāda. de reb⁹ receptoribus, quā vt subito poss-
sint ex animis reuelli, disputandū est argumētis den-
sis, & efficacib⁹ poti⁹, quā asseuerādū. Quorundā
virulētās cōtentōes magis cōducit contēnere, quā
refellere. Vbiq; cauendū, ne quid arrogāter aut fac-
tiose loquamur faciamusue. Sic arbitror gratū esse
spiritui Christi. Interea seruādus anim⁹, ne vel ira,
vel odio, vel gloriā corrūpatur. nam hāc in me-
dio pietatis studio, solēt insidiari. Hāc non admo-
neo, vt facias, sed vt quod facis, perpetuo facias. De

prolesta

gustavi cōmentarios tuos in psalmos, vehementer
arrident & spero magnā vtilitatem allaturos. Est
Antuerpiæ Prior eius monasterij, vir pure Christi
anus, qui te vnice deamat, tuus olim discipulus, vt
prædicat. Is omnium pene solus Christum prædi-
cat. Cæteri fere, aut hominum fabulas, aut suum
quæstum prædicant. Melanchthoni scripsi. Domi-
nus Ihesus tibi suū spiritū indies vberi⁹ impartiat,
ad ipsius gloriam & publicam vtilitatem. Cum
hæc scriberem, tua Epistola ad manum non erat.
Vale. Louanij, tertio kalendas Iunias. Anno M.
D.xix.

Errata sic emendato.


In A


Folio. iij. facie. i. versu. iij. lege, vbi citra vllos bellorum.
Ibidem versu vigesimoprimo, lege, qui in aliena. Ibidem fa-
cie. ij. ver. xxvij. lege, vt vulgus, ludicris. Folio. iij. fa. i. ver. xxix. le.
pertinere. Ne &c. Ibidem fa. ij. ver. ij. lege disceptationis. Ibidem
fa. ij. ver. xij. le, victori possessione cedere. Ibidem fa. ij. versu vlti-
mo le, Berninus, hoc tempore


In B.

Folio. i. fa. i. versu. xxvij. le. proq; vestro. Fo. ij. fa. ij. ver. iij. le, sacris
præfectus. Fo. iij. fa. i. versu. iij. le, Sed vt. Ibidem fa. i. versu. ix. le,
suum cuiq; est iudicium. Fo. iij. fa. i. versu. xxx. le, testatur et

is,
na
in
da
ra
le
lie
ge
ve
&
er
ers
as
er
re
fo
cu
as
ter
di
fa
lie
as
le
tis
ert
re
o
rs









Th
6116